



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis  
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

**Visch, Charles de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1656**

Epistola III. Ad eundem Francorum Regem, & Principes Galliæ pro  
expeditione in terram Sanctam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38433**

scuti seculo migraverunt; & tam his quam alijs diuersis modis, tam animarum quam corporum in eodem Episcopatu, propter proprii Pastoris abuentiam, damn plurima prouenerunt.

Ideoque & nobis, & ipsis prouidere volentes, tantis malis occurtere, domino auctore, decreuimus, atque dilectum Filium nostrum Anselmum Sancti Vincentij Laudunensis Abbatem, Spiritus Sancti gratia inuocata, in Tornacentem Episcopum consecrauimus. Quod ad magnum Regni tibi a Deo commissi, & corona tuæ incrementum credimus prouentrum. Monemos itaque Nobilitatem tuam & exhortamur in Domino, ut nullius prava suggestio cor tuum super hoc moueat, sed quod pro tanta necessitate, & tot millium hominum salute factum est, hilari vultu, & laeto animo suscipias, & eundem Episcopum, pro Beati Petri, & nostra reverentiâ, magnitudinis tuæ consilio, & auxilio iuuare, & manu tenere studeas. Quidquid enim honoris & beneficij a tua liberalitate sibi exhibitum fuerit, nobis adscribetur. Data Transtyberim, Idibus Martij.

### EPISTOLA III.

*Ad eundem Francorum Regem, & Principes Gallia: pro expeditione in terram Sanctam.*

Eugenius, Servus Seruorum Dei, charissimo in Filio, Ludovico, illustri & gloriose Francorum Regi, & dilectis Principibus, Filijs, & Vicariis Dei Fidelibus per Galliam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Quantum Praedecessores nostri Romani Pontifices, pro liberatione Orientalis Ecclesiae laborauerint antiqua relatione didicimus, & in geltis eorum scriptam repetimus. Praedecessor etenim noster felicis memorie Papa Urbanus, tanquam tuba caelestis in onore, & ad ipsius deliberationem, Sanctæ Romanæ Ecclesie Filios, de di-

uersis mundi partibus sollicitare curauit. Ad ipsius siquidem vocem, ultra montani, &c, preci-  
piue Francorum Regni forcissimi & strenui bel-  
latores; & illi etiam de Italia charitatis ardore  
succensi, venerunt, & maximo congregato  
exercitu, non sine magna proprij languinis effu-  
sione, diuino eos auxilio comitante, ciuitatem  
illam in qua Saluator noster pro nobis pati vo-  
luit, & gloriosum sepulchrum illius, quod  
passionis suæ nobis memoriale dimisit; &  
quamplures alias Urbes, quas, prolixita-  
tem vitantes, memorare supersedemus, a Pagan-  
orum spurcitatâ liberauerunt. Quæ per gratiam  
Dei, & Patrum nostrorum studium, qui per  
temporum intervalla eas defendere, & Chris-  
tianum nomen in partibus illis dilatate pro vi-  
tibus studuerunt, usque ad nostra tempora a  
Christianis detentæ sunt, & alia Urbes infide-  
lium ab ipsis viiiliter expugnatae: nunc autem  
nostris, & ipsis populi exigentibus peccatis  
(quod sine magno dolore & gemitu proterre  
non possumus) Edisa ciuitas, quæ nostrâ lingua  
Roais dicitur, quæ etiam, ut fertur, cum quon-  
dam in Oriente tota terra a Paganis detinere-  
tur, ipsa Iola sub Christianorum potestate, do-  
mino seruiebat, ab inimicis crucis Christi capta  
est, & multa castella Christianorum ab ipsis oc-  
cupata: ipsis quoque ciuitatis Archiepiscopus  
cum Clericis suis, & multi alijs Christiani ibi-  
dem interficiuntur, & Sanctorum Reliquia in  
infidelium conculcationem datae sunt, & dis-  
perire. In quo, quantum Ecclesiæ Dei & toti  
Christianitati periculum imminet, & nos cog-  
noscimus, & prudentiam vestram latere non  
credimus. Maximum namque Nobilitatis &  
probatis iudicium fore cognoscitur, si ea quæ  
Patrum strenuitas acquisiuit, a nobis Filiis stren-  
uè defendantur. Verumtamen si quod absit,  
secus contigerit, Patrum fortitudo in Filiis im-  
mutata probatur. Vniuersitatem itaque vestrā  
in

in Domino commonemus, rogamus, atque p̄cipimus, & in peccatorum remissionem injungimus, vt qui Dei sunt, & maximē potentes & Nobiles, viriliter accingantur, vt infideliū multitudinē, qua se tempus victoriae super nos adeptam lētatur: si occurtere, & Ecclesiam orientalem tantā Patrum Vestrorum (vt prædiximus) sanguinis effusione, ab eorum tyrannide liberatam, ita defendere, & multa captiuorum millia Confratrum nostrorum & vestrorum, de ipsorum manibus eripere studeatis, vt Christiani nominis quæ per vniuersitatem mundum laudatur, integra & illibata texuerit gloria. Sit vobis etiam in exemplum, bonus ille Vir Matthias, qui pro paternis legibus conseruandis seipsum cum Filiis & Parentibus suis morti exponere, & quidquid in mundo possidebat, relinquere nullatenus dubitauit: atque tandem diuino cooperante auxilio, per multis tamen labores, tam ipse quam sua progenies de inimicis viriliter triumphauit. Nos autem vestræ quieti & eiusdem Ecclesiæ restitutioni paternâ solicitude prouidentes, illis qui tam sanctum, tamque necessarium opus & laborem deuotio- nis instinctu suscipere & perficere decreuerunt, illam peccatorum remissionem, quam præfatus Prædecessor noster Papa Urbanus instituit, autoritate nobis à Deo concessa, concedimus & confirmamus, atque Vxores & Filios eorum,

bona quoque & possessiones, sub nostrâ & sanctâ ecclâ, ac etiam aliorum Archi-episcoporum, & Prælatorum Ecclesiæ Dei protectione manere decreuimus. Authoritate etiam Apostolicâ prohibemus, vt de omnibus quæ, cum crucem acceperunt, quietè possederunt, nulla deinceps quæstio moueat, donec de ipsorum reditu, vel obitu certissimè cognoscatur. Præterea, quoniam illi qui domino militant, nequamquam in vestibus pretiosis, nec cultu formæ, nec canibus, vel accipitribus, vel alijs quæ portentant lasciuiam, debent intendere, prudentiam vestram in domino commonemus, vt qui tam sanctum opus incipere decreuerint, ad hoc non intendant, sed in armis, equis, & cæteris quibus infideles expugnentur, totis viribus studium & diligentiam suam adhibeant. Peccatorum remissionem, & absolutionem, iuxta præfati Prædecessoris nostri institutionem, omnipotentis Dei, & Beati Petri Apostolorum Principis authoritate nobis à Deo concessa, talem concedimus, vt qui tam sanctumiter deuotè incepit, & perfecerit, siue ibidem mortuus fuerit, de omnibus peccatis suis, quibus corde contrito & humiliato confessionem suscepit, absolutionem obtineat, & sempiternæ rætibulationis fructum, ab omnium bonorum remuneratore percipiatur.

Amen.

F I N I S.

Vy 3

CHRO-